



**S. Caecilii Cypriani Carthaginiensis Episcopi, Totivs
Africae Primatis Et Gloriosissimi Martyris Opera**

Cyprianus, Thascius Caecilius <Heiliger>

Coloniae Agrippinae, 1617

XXII. Luciani ad Celerinum de pace omnibus Lapsis data.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80176](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80176)

meos qui coronati fuerint, à quibus postulaturos es vt veniam habent nefanda naufragia; memor sum enim charitatis tuæ pristinæ; quod cum omnibus doleas forores nostras, quas & tu bene nosti, id est Numeriam & Candidam; pro quarum peccatis, quæ nos fratres habent, debemus excubare. Credo enim Christum secundum illarum penitentiam & opera, quæ penes collegas nostros fecerunt extorres, qui à vobis venerunt, à quibus ipsis de operibus eorum audies iam, pro eis vobis martyribus suis perentibus indulturum credo. ⁶ Audiui enim te floridiorum ministerium percepisse. O te felicem. suscipe vota tua quæ semper desiderasti, velin terra dormiens; optasti pro nomine illius in carcere mitti, quod nunc tibi contingit, sicut scriptum est: *Det tibi Dominus secundum cor tuum.* & nunc super ipsos factus antistes Dei, recognouit idem minister. Rogo itaque domine, & peto per Dominum nostrum Iesum Christum, vt cæteris collegis tuis, fratribus tuis, meis Dominis referas, & ab eis petas, ⁷ vt quicumque prior vestrum coronatus fuerit, istis fororibus nostris Numeriæ & Cădăide, tale peccatum remittant. ⁸ Nam ipsam Erecusam semper appellauimus, testis est nobis Deus, quia pro se dona numerauit, ne sacrificaret: sed tantum asce nōdise videtur vsque ad Trianfacta, & inde descendisse. Hæc ergo non sacrificasse ego scio. Quorum iam causa audita, ⁹ præceperunt eas præpositi tantisper sic esse donec episcopus constituitur. ¹⁰ Vt supra diximus Epistola 3, Cyprianus præpositi nomen solum tribuit Episcopis. Hic vero etiam alius ecclesiæ præfatus sedē vocante tribuitur.

¹¹ Statim & Seuerianum] nomina martyrum sunt siue confessorum, atque adeo malum legi Statim aut statum, nisi certe Statum legēdū sit. nam Statim martyris cuiusdā Romani festi celebratur in Martyrologio 4. Calendaris Octob. neque enim vero est ab simile, Roma scriptam hanc epistolam, quum ex epistola supra xvi. constet Celerinum ibi suam primam confessionem fecisse.

¹² Salutant te Macarius cum fororibus suis Cornelia & Emerita] pro Emerita, non sum veritus substituere & Emerita, tum quod Emeriti nomen in Africa & alibi non ignotum fuerit, tum ob variam lectionem Epistola sequentis, in qua sub finem hæc sunt verba: Et maris collecta merita, sed mendose, ut suo loco dicemus.

¹³ Saturninus qui & ipse luctatus est cum diabolo] Plures fuere Saturnini tum confessor: tum martyres, tum episcopi in Africa etate Cypriani, atque adeo diuina quædam ipse fuerit supernacum foret. Certe & Saturnini presbyteri & aliorum quorundam in Africa martyrum fit mentio in Martyrologiis, prædixit Iulius Februarius.

meos qui coronati fuerint, à quibus postulaturos es vt veniam habent nefanda naufragia; memor sum enim charitatis tuæ pristinæ; quod cum omnibus doleas forores nostras, quas & tu bene nosti, id est Numeriam & Candidam; pro quarum peccatis, quæ nos fratres habent, debemus excubare. Credo enim Christum secundum illarum penitentiam & opera, quæ penes collegas nostros fecerunt extorres, qui à vobis venerunt, à quibus ipsis de operibus eorum audies iam, pro eis vobis martyribus suis perentibus indulturum credo. ⁶ Audiui enim te floridiorum ministerium percepisse. O te felicem. suscipe vota tua quæ semper desiderasti, velin terra dormiens; optasti pro nomine illius in carcere mitti, quod nunc tibi contingit, sicut scriptum est: *Det tibi Dominus secundum cor tuum.* & nunc super ipsos factus antistes Dei, recognouit idem minister. Rogo itaque domine, & peto per Dominum nostrum Iesum Christum, vt cæteris collegis tuis, fratribus tuis, meis Dominis referas, & ab eis petas, ⁷ vt quicumque prior vestrum coronatus fuerit, istis fororibus nostris Numeriæ & Cădăide, tale peccatum remittant. ⁸ Nam ipsam Erecusam semper appellauimus, testis est nobis Deus, quia pro se dona numerauit, ne sacrificaret: sed tantum asce nōdise videtur vsque ad Trianfacta, & inde descendisse. Hæc ergo non sacrificasse ego scio. Quorum iam causa audita, ⁹ præceperunt eas præpositi tantisper sic esse donec episcopus constituitur. ¹⁰ Vt supra diximus Epistola 3, Cyprianus præpositi nomen solum tribuit Episcopis. Hic vero etiam alius ecclesiæ præfatus sedē vocante tribuitur.

¹¹ Statim & Seuerianum] nomina martyrum sunt siue confessorum, atque adeo malum legi Statim aut statum, nisi certe Statum legēdū sit. nam Statim martyris cuiusdā Romani festi celebratur in Martyrologio 4. Calendaris Octob. neque enim vero est ab simile, Roma scriptam hanc epistolam, quum ex epistola supra xvi. constet Celerinum ibi suam primam confessionem fecisse.

¹² Salutant te Macarius cum fororibus suis Cornelia & Emerita] pro Emerita, non sum veritus substituere & Emerita, tum quod Emeriti nomen in Africa & alibi non ignotum fuerit, tum ob variam lectionem Epistola sequentis, in qua sub finem hæc sunt verba: Et maris collecta merita, sed mendose, ut suo loco dicemus.

¹³ Saturninus qui & ipse luctatus est cum diabolo] Plures fuere Saturnini tum confessor: tum martyres, tum episcopi in Africa etate Cypriani, atque adeo diuina quædam ipse fuerit supernacum foret. Certe & Saturnini presbyteri & aliorum quorundam in Africa martyrum fit mentio in Martyrologiis, prædixit Iulius Februarius.

ADNOTATIONES IN EPISTOLAM XXI.

1. Celerinus Luciano] Celerini confessoris & supra fuit facta mentio, Epistola xvi. ad confessorum Rom. & infra latius Epistola xxxiii. Luciano autem qualis fuerit describitur Epistola xxii. tum verbis in argumento citatis, tum istis sub initium Epistola: *Præter nos* (inquit) *Lucianus & ipse vnus ex confessoribus, fide quidem calidus & virtute robustus, minus dominice lectione fundatus, quædam conatus est imperiti iam pridem se vulgi auctorem constituens, ut manu eius scripti libelli gregatim multis nomine Pauli darentur, &c.* habes eiusdem scititiam nomine vniuersorum confessorum Epistolam supra numero xvi.
2. Nam vt tibi quoque de infimo tuus vel frater dicat si fuero dignus celerinus audire] Hyperbaton est ita perplexum, vt quid sibi velit non intelligam. Quandoquidem autem nulli nobis hic codices Ms. suffragantur, & solus Morelius hanc cum sequenti nobis in lucem emisit; dabis veniam lector, si vitæque minus accurate castigatam reperiatur.
3. si non ante cruce illo sancto laueris] Quum post crucis pro Christo effusionem rescribere non licuisset Luciano, nulli dubium esse debet, quum hic prætermissa sit aliquo casu negandi particula, non; ego itaque illam interficere non sum veritus.
4. in futuro tamen nos coronati à Christo complectemur] Loquitur erat hic tractandi de mutua post hanc vitam notitia, verum differre hunc tractatum malimus ad librum de mortalitate, ubi ipse Cyprianus eandem confirmat.

5. in læticia Paschæ] Sic haud dubie legendum, pro eo quod erat in læticia Paschæ. Est etiam hic hyperbaton, ob omisiss, quantum quidem mihi apparet quasdam distiunculas, qualia sunt & in sequentibus, sed quibus sine Ms. codice mederi nequeo.

6. Audiui enim te floridiorum ministerium percepisse] videtur ipsos martyres, & potius quorum martyria floribus vernis & fertis & floribus contextis comparare soleat, vt videre est supra Epistola ix. & xvi. quomodo & sub finem epistola confessionem eius floridam dicit.

7. vt quicumque vestrum prior coronatus fuerit, istis fororibus nostris Numeriæ & Cădăide tale peccatum remittant] Hinc videtur quales porrigi soleant martyribus preces pro lapsis, deinde pacem qua ab eis dari solet, non fuisse dimidatam pæna per penitentiales canones imposita relaxatione, sed & veram peccatorum remissionem, atque adeo à culpa & pæna, vt loquimur, absolutionem habere. Præterea in hac Epistola bis repetitam indulgentiam vocem, vt nemini posthac dubitare liceat, libellos illos martyrum non aliud fuisse, quam indulgentias quasdam, sic etiam infra epistola xxvi, xxx. & xxxi. Romani quoque indulgentia voce vtiuntur.

8. Nam ipsam Erecusam semper appellauimus] videtur nomen fuisse femina cuiusdam. Porro Trianfacta locus videtur fuisse in quo sacrificabatur. Vide autem hic verum usum libellatorum, qui nempe pro se dona numerabant, ne sacrificarent: de quo latius infra epistola lii. ad Antonianum.

9. præceperunt eas præpositi tantisper sic esse donec episcopus constituitur] Vt supra diximus Epistola 3, Cyprianus præpositi nomen solum tribuit Episcopis. Hic vero etiam alius ecclesiæ præfatus sedē vocante tribuitur.

10. Statim & Seuerianum] nomina martyrum sunt siue confessorum, atque adeo malum legi Statim aut statum, nisi certe Statum legēdū sit. nam Statim martyris cuiusdā Romani festi celebratur in Martyrologio 4. Calendaris Octob. neque enim vero est ab simile, Roma scriptam hanc epistolam, quum ex epistola supra xvi. constet Celerinum ibi suam primam confessionem fecisse.

11. Salutant te Macarius cum fororibus suis Cornelia & Emerita] pro Emerita, non sum veritus substituere & Emerita, tum quod Emeriti nomen in Africa & alibi non ignotum fuerit, tum ob variam lectionem Epistola sequentis, in qua sub finem hæc sunt verba: Et maris collecta merita, sed mendose, ut suo loco dicemus.

12. Saturninus qui & ipse luctatus est cum diabolo] Plures fuere Saturnini tum confessor: tum martyres, tum episcopi in Africa etate Cypriani, atque adeo diuina quædam ipse fuerit supernacum foret. Certe & Saturnini presbyteri & aliorum quorundam in Africa martyrum fit mentio in Martyrologiis, prædixit Iulius Februarius.

LVCIANI AD CELERINVM DE pace omnibus lapsis data.

EPISTOLA XXII.

Argumentum huius Epistolæ habes ad Epistolam præcedentem.

LVCIANVS CELERINO DOMINO, si dignus fuero vocari, Collega in Christo. S.

ACCEPI litteras tuas domine frater dilectissime, in quibus me tantum grauasti, vt perpetua grauatione tanto gaudio pene exciderim, vt litteras quas & ego obtinam, post tantum temporis legere, in quibus mei dignatus memorare, beneficio tantæ tuæ humilitatis legere exultauim, qui scribens mihi dices, Si dignus fuero frater nominari tuus; hominis qui apud pusilliores nomen Dei cum timore confessus sum. ¹ Nam tu Deo volente ipsum anghem maiorem metatorem Antichristi, non tantum confessus deterruisti, vocibus illis & verbis defecis, quibus scio quasi amatores fidei & Zelotypi disciplinæ Christi, in qua tenoris viuacitate versari te gaudeo, vicisti. Nunc charissime iam inter martyres deputande, voluisti nos litteris tuis grauare, in quibus significasti de sororibus nostris; pro quibus vnam fieri posset, vt sine tanto scelere commissio memoriam faceremus; non profecto tantis lachrymis incurreremur, vt nunc. ² Scire debuisti quid circa nos actum sit. ³ Cum Benedictus martyr Paulus adhuc in corpore esset, vocauit me, & dixit mihi: Luciane coram Christo tibi dico, vt si quis ⁴ post arcessionem meam abs te pacem petierit, des in nomine meo: sed & omnes quos Dominus in tanta tribulatione arcessire dignatus est, vniuersi litteras ex compacto vniuersis pacem dimissimus. Videas ergo

frater

frater, quod tam placuit mihi quod Paulus præcepit, quam vniuersis quod censuimus, ex quibus eramus in hac tribulatione, cum iussimus secundum præceptum Imperatoris fame & siti & necati & reclusi sumus in duabus cellis, ita ut nos afficerent fame & siti, sed & ignis ab opere pressuræ nostræ tam intolerabilis erat, quam nemo portare posset, sed nunc ipsam claritatem sumus consecuti. Et ideo frater charissime, saluta Numeriam & Candidam, quæ secundum Pauli præceptum & ceterorum martyrum, quorum nomina subiicio, Bassi in pectore, Mappalici in quaestione, Fortunionis in carcere, Pauli a quaestione, Fortunæ, Victorini, Victoris, Herenei, Credulæ, Herenæ, Donati, Firmi, Ventii, Fructi, Iulii, Martialis & Aristonis, qui Deo volente in carcere fame necati sunt (quorum & nos socios futuros intra dies audietis, iam enim iterato reclusi sumus, sunt dies octo in die quo tibi litteras scripsi. Nam & ante dies octo per dies quinque medios modicum panis acceperimus & aquam ad mensuram) & ideo frater peto, ut sicut hic cum Dominus cœperit ipsi Ecclesiæ pacem dare secundum præceptum Pauli & nostrum tractatum, exposita causa apud Episcopum, & facta exomologesi, habeant pacem; non tantum hæc, sed & quas scis ad animum nostrum pertinere. Salutant vos collegæ mei vniuersi: vos salutare confessores domini qui ibi vobiscum sunt, quorum nomina significasti; inter quos & Saturninus cum comitibus suis sed & collega meus, & Macharius, Cornelia & Emerita, Calphurnius & Maria, Sabina, Spesina, & sorores, Ianuaria, Daria, Donata. Salutamus cum suis Saturnum, Bassianum & vniuersum Clerum, Vranium, Alexium, Quintianum, Colonicam, & vniuersos; quorum nomina non scripsi, quia iam lassus eram, ideo ignoscere debent. Opto vos bene valere, Alexium & Getulicum & argentarios & sorores. Salutant vos sorores meæ, Ianuaria, & Sophia, quas vobis commendo.

ADNOTATIONES IN EPIST. XXII.

1. Nam tu Deo volente ipsum anguem maiorem metatorem Antichristi, &c. Desunt hic etiam verba aliquot qua contextum explanent, ut pote: sed & uicisti, aut simile quid. Porro, metator, dicitur Vegetio, qui præcedens, castris locum dirigit, ita dictus quia metitur siue metatur (ut veteri uoce erat) loca in quibus castris, figant milites. Hinc castra metari. Eleganter itaque Tyrannum & persecutorem Christianorum (fortassis ipsum Imperatorem Decium) metatorem vocat Antichristi, tanquam qui locum & hospitium illi parat. Sic infra epistola lxxxi. ad Rogatianum, metatorem ipsum vocat seniores Rogatianum, qui martyrio ipso antecesserat. Sic & Tertullianus contra Marcionem lib. i. vocat tempus metatorem initii & finis, qui uoce metari etiam alibi familiariter utitur.
2. Scire debuisti quid circa nos actum sit] Ita proculdubio legendum non: quod, uti antea habebatur.
3. cum benedictus Martyr Paulus] Vititur hic quoque Lucianus phrasi Tertullianica, qua benedictos martyres vocare solet, libro præsertim ad martyres. Vides autem hic, modum quidem libellos martyrum conscribendi, verum modum illum, quo sine ullo discrimine omnibus pax dabatur à Luciano, Pauli martyris iam defuncti nomine, quem merito Cyprianus non probat, imo reprehendit. Porro Paulum hunc insinem aliquem martyrem fuisse necesse est, ut pote cuius nomine potissimum libelli concederentur. De quibus tamen, quam non discrete sint concessi, satis patet infra epistolis sequentibus xxviij. xxviii. xxxi. xxx.
4. post arcessionem meam] Arcessio siue accessio pro morte, familiaris uox est etiam Cypriano uti patet infra Tom. 2. sub finem libri de exhor. Mart. ad Fortunatum.
5. quæ secundum Pauli præceptum, & ceterorum martyrum] Hyperbaton longissimum, sed quod non dubitem per Mss. codices, si reperiri queant, in compendium reduci possit.
6. Bassi in pectore] Quid petierium uocet nescio, nisi forte locum tormentorum, in quo multi fideles iam petierant. Porro an omnes hi martyres eodem die passi sint, non ita constat. Est mihi uersimile quod non. Bassi enim Martyris & Iulii sit mentio in Martyrologiis ad 16. Cal. Mappalici & sociorum ad xv. Calend. Maius. Fortunionis uero & aliorum quorundam 3. Calend. Martij.
7. Fortunæ, Victorini, Victoris, Herenei, Credulæ, Herenæ, Donati, &c.] Passos hos omnes eodem quidem mense nempe Februario, sed non eodem die, sit mihi uersimile ex Martyrologio quodam Ms. Bibliothecæ Guillelmitarum Brugenium, in quo ad duos dies illius mensis, Martyrum in Africa sit mentio, quorum quidam hic recensentur. Sic enim ad 3. Idus Februarij: In Africa Victoris, Felici, Ianuarij, Zotici, Herenei ad 8. Calend. Martij, in Africa Victorini, Palatini, Pauli, Donati, Fortunæ, & aliorum 29. ad 5. uero Calend. Martij (quod etiam habet Beda in Martyrologio) in Africa Donati, Iulii, Herenæ, Pisonis, Nestoris, Casti, & aliorum 51. Martyrum. Videntur autem mihi collecta

D. Cecil. Cyp. tom. 1.

hæc nomina à diuersis Martyrologiis, uti occurrant, atque hinc factum ut quedam nomina denuo repetantur. Ego etiam ex illis nomina illa Fortunæ, Herenei, & Herenæ, restitui, pro quibus antea legebatur apud Morelium Fortunatæ & Herennij & Heredæ. Facilis fuit error ex litterarum similitudine.

8. exposita causa apud Episcopum & facta exomologesi habent pacem] Vides hic à Luciano quantumuis indiscreto, tamen obseruatum illud quod toties in Presbyteris reprehendit Cyprianus, ut causa cognitio apud Episcopum & exomologesi præmitteretur, antequam pax daretur, etiam ad preces Martyrum.

9. inter quos & Saturninus cum comitibus suis] Sic restituendum hunc locum existimaui ex Epistola præcedenti.

10. & Macharius, Cornelia & Emerita, Calphurnius & Maria] Sic hunc locum corruptissimum restitui partim ex epistola præcedenti, partim ex Martyrologiis. Nam Macharij & aliorum x. Africa martyrii festum celebratur 6. Idus Aprilis. Corneliæ etiam cuiusdam in Africa pridie Calend. Aprilis habebatur autem prius: & maris collecta merita Calphurnium: & Maria.

11. Saturnum, Bassianum, & vniuersum Clerum] De Clero loquitur Romano, non de Carthaginensi, quem Celerinus primum Roma Christum confessus sit, postea uero Carthaginem uenerit, uti patet ex Epistola supra xxi. & infra xxiiij. Et sit Bassiani mentio supra quoque Epistola 3.

CYPRIANI AD CLERVM ROMANVM de sex Epistolis præcedentibus, & Luciani inuerecundia.

EPISTOLA XXIII.

ARG. Quum, uti è præcedentibus epistolis constat, mira inuerecundia Lucianus Pauli & aliorum confessorum siue Martyrum nomine, passim lapsus omnibus sine discrimine & sine examine, libellos concederet, atque adeo lapsi pacem à Cypriano extorqueri niterentur; conuenit de illorum importunitate apud Clerum Romanum, & in dilectorum confirmationem, epistolarum præcedentium exempla transmittit. Ceterum recens est edita hæc Epistola à Manut. & Morelio, reperitur etiam in Ms. Harleij codice.

CYPRIANVS PRESBYTERIS ET Diaconibus Romæ consistentibus fratribus salutem.

P'OST factas ad vos litteras fratres charissimi, quibus actus noster expositus, & disciplinæ ac diligentia quantalacunque ratio declarata est, aliud accessit, quod nec ipsum lacere vos debuit. Nam frater noster Lucianus & ipse vnus de confessoribus, fide quidem calidus & uirtute robustus, minus dominica lectione fidatus, quædam conatus est, imperitiæ iam pridem se uulgi auctorem constituens, ut manu eius scripti libelli gregarim multis nomine Pauli darentur; cum Mappalici martyr cautus & uerecundus, legis ac disciplinæ memor nullas contra Euangelium litteras fecerit, sed tantum domestica pietate commotus, 3. matri suæ & sorori, quæ lapsæ fuerant, mandauerit pacem dari: 4. Saturninus quoque post tormenta adhuc in carcere constitutus, nullas eiusmodi litteras emisit. Lucianus uero non tantum Paulo adhuc in carcere posito, nomine illius libellos manu sua scriptos passim dedit, sed & post eius excessum eadem facere sub eius nomine perfenerunt, 5. edicens hoc sibi ab illo mandatum, nesciens Domino magis quam consensu obtemperandum. 6. Aurelij quoque adolescentis tormenta perpeffi nomine, libelli multi dari sunt, eiusdem Luciani manu scripti, quod litteras ille non nosset. 7. Cui rei ut aliquatenus posset obfisti, 8. litteras ad eos feci, quas ad vos sub epistola priore transmissi, quibus petere & suadere non destiti, ut dominicæ legis, & Euangelij ratio teneretur. Postquam uero ad eos litteras misi, ut quasi moderatius aliquid & temperantius fieret, vniuersorum confessorum nomine idem Lucianus epistolâ scripsit, qua penè omne uinculum fidei, & timor Dei & mandatum Domini, & Euangelij sanctitas, 9. & firmitas solueretur. Scripsit enim omnium nomine, vniuersis eos pacem dedisse, 10. & hanc formam per me alijs Episcopis innotescere uelle: cuius epistolæ exemplum ad vos transmissi. Additum est plane: de quibus ratio cõstitit, qui

Lib. 5. ep. 4.

C 3

est